



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Jacobus Confessor. 11. Octob.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

# S. JACOBUS Confessor.

11. Octob.

*Nolite ergo solliciti esse in crastinum:  
crastinus enim dies sollicitus erit  
sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua.*

Christus Matth. c. 6.

**F**elix, (si quidem norit hodie bona sua) Ulma Suevorum Iacobum nostrum peperit & probè educatebat Romam ad DD. Apostolorum limina supplicem misit. Romā Neapolim hic abiit, & ab Alfonso rege militia adscriptus nullum hostem quām prædam fugit. Quare illa demum castra placuere, quæ non aliena raperent, sed suis se spoliarent, id quod ipse etiam fecit, cum Bononiæ ad D. Dominici signa transiit. Hic ille boni militis partes omnes implere, primus semper adducit nutum; portarum animi, oculorum inquam vigilantissimus custos, & flamas hostiles casto animo injectas suffocare illico doctus sanguinis recordatione à Christo fusi. Jam arma (preces) nunquam posuit, primo mane omnes Virorum aras veluti stationes militares obiens, & semper à castrorum Acie Virgine auspicium sumens, Quid jam mirum, si mi-

les

• 66] 151 [§ 9

les noster dæmones fustibus pugnantes risit,  
præsertim quando cum pugnante Angeli visi  
pugnare? si Cyclopem infernum sibi infestum  
cruce prostravit & eadem cororum Stygio-  
rum agmen fugavit? Quid? quod & insidias  
structas Reipublicæ ab orco detexit. Ad D.  
enim Antonii tumulum cùm latentes dæmo-  
nes spectasset & triumphum adornantes ob-  
futuram altero die inter cives cædem, medius  
preces suas interposuit & civibus pacem, orco  
pro triumpho luctum peperit. Fuit cùm ad  
hortos Elysios avolans ea oculorum spectacu-  
la habuit auriumque illecebras, ut irasperetur  
illis, qui eum avocarunt. Ne igitur quisquam  
molestiam revocando faceret, morte illuc  
non redditurus abiit. Ex Surio.

### MEDITATIO.

#### *De die Christiano bene transigendo.*

1. Memento Diem Christianum aperiri matutinâ  
oratione, & claudi serotino examine con-  
scientiæ. Adesto quotidie sacro Missæ sacrificio: li-  
brum pium, saltem per breve tempus attentè lege: no-  
li omittere solita pietatis officia erga Mariam. Quâ  
ratione labuntur dies tui? ubi sub noctem deprehen-  
deris, nullam te per diem lineam duxisse Dei causâ,  
tunc gemens ac dolens dic? Heu? diem perdidisti quo  
poteram fieri sanctus, & æternam comparare felicita-  
tem.

2. Cum

2. Cum surgis, hoc apud te cogitare debes, forsitan hodiernus dies ultimus erit vitæ meæ! si scires, te hodie moriturum esse, quid ageres? Cùm ad aliquid agrederis elevato animo, dicio: tibi Domine labore, & pati volo, Domine? gratiam impertire, ut perficiam opus, quod suscipio, nec illud peccato contamina. Tuum sit igitur totum id, quod vivo, totus me tuum tibi offero. Aug.

3. In Examine Serotino, hæc tria quotidie reputa: 1. quid boni? 2. quid mali feceris? 3. quò fugerint voluptates? quò honores? Ah! quantum gauderes, si aliquid Dei causâ passus es. Hoc demum meditare, cum jamjam somnum capturus es: æternus forsitan erit somnus meus, & in quo jaceo lindeo, in eodem mortuus involvar. Ita est, aderit illa dies, cùm subter testernetur rinea, &c. Isai.

---

## S. MAXIMILIANUS EPISCOPVS.

12. Octob.

*Labora sicut bonus miles Christi Jesu, nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus.*

Paul. 2. ad Tim. c. 2.

**M**aximilianum, quo Cive Fannonia, Austria Patrono gloriatur parentes nobiles